



EIPHNOΦIΛOY ΩΦEΛOYNTOΣ ²⁷

DE

TRANS. ^{30 38 44}

ACTIONIBUS, ²⁰

SUB PRÆSIDIO

VIRI

Magnifici, & Excellentissimi,

DN. NICOLAI CHRIS-
TOPHORI LYNCKERI,

Jcti & Consilarii Saxonici Gravissimi,
Antecessoris inclutæ hujus Salanæ longè Celeber-
rimi, Facultatis Juridicæ Senioris, Curiaæ Provincialis ac
Scabinatus Assessoris Splendidissimi,

Dn. Patroni & Præceptoris sui jugi obser-
vantiaæ cultu demerendi,

die Augusti Anni Χρ̅ισ̅το̅γε̅νε̅σ̅ια̅ς κ̅λ̅ Ι̅σ̅c̅ LXXIX.

In Auditorio Jctorum

disputabit

PAULUS HENRICH TILEMANN,
Francohusanus.

JENÆ, LITERIS BAUHOFEIANIS.



NOBILISSIMO & CLARISSIMO
DOMINO,

DN. E * * * T * * *

Jurium Candidato dignissimo, Illustris

E * * * quæ T * * floret, Membro
ornatissimo, Fautori & Amico meo
fraterno affectu colendo.

NOBILISSIME & CLARISSIME DOMINE

Quantum TUIS mihi ad exteras oras discessus de-
siderii reliquerit, ipsi potius mihi testis quam TI-
BI interpret esse volo: nec enim *συμψυχή*, qua in-
de usque à pueritia equalibus communibusque ho-
nestatis studiis TIBI junctus fui, ex tot tantisque ne-
cessitudinis nostræ argumentis non poterit esse perspecta,
quin satis intelligas animum non ex fortuna utilitate
ve sed virtute pendentem eundem semper esse, eoque jam
infeliciorem summa TUÆ conjunctionis cupiditate ne-
quicquam affectum, ut si T Ecum esse, ita omnia quæ
opto mihi contingant, ut velim, feliciorem reliquis-
ses, vel certe ex consilio, quod scis, comitem habuisses
amicum tedium absentia jam non alio, quam ultimo
literarum perfugio solantem.

Equi-

Equidem si remedium malo querens haud presen-
tius invenire potuerim, quam partem voti, cum inte-
grum non licuerit, assequi, quid TUA Humanitate di-
gnius, veteriq; amicitia nostra decentius presentiam a-
nimorum, qua locorum quibus disjungimur interval-
lum unice compensat, interrupto focillare fomento? Quod
quo minus dubitem TIBI cura esse amor TUUS, cuius
quoquo me veram vestigia sentio, facit, simulq; ut de
officiis reciproce à me diligenter sancteque servatis per-
suadearis Exercitium hoc Academicum me absenti TI-
BI debere, quod presenti in vicinia haecenus denega-
ram, vel certè ob fonticas causas offerre nequi veram, non
sinit. Et quanquam sciam chartaceum amicitia pi-
gnus vulgum amicorum leviusculum pietatis testimo-
nium, nec sufficientem conjunctionis tesseram judicare, non
alio persuasum vinculo facilius & felicius conservari a-
morem, quam cyatho & offa, quibus subinde irriganda sit
sine his flaccescens egregia fraternitatis planta; non ta-
men latet mihi Etantum ab horum opinione discessisse,
ut, si rariores sint ingenua mentis steriliori seculo foetus,
rarissimum putem TUAE virtutis exemplum & fla-
grantissimo felicissimoque Musarum amore & fortuna
clientela (quam solam non sat optato successu plurimi am-
biunt) commendandum. Quo ipso etiam adducor ut spe-
rem amicissimi animi, quod nullam officii erga TE stu-
diique occasionem praetermittere laborat, munus vel ea,
si non alia, sui parte TIBI arrisurum qua publica pro-
fessione iudicium de summo TUO ingenio, & de optimis
studiiis, deque spe amplissima dignitatis patefacit.

*Velim interim existimes absens dilectionis meæ
Objectum, TE hoc ipso nomino, me non minus animo
complecti, quam præsens oculis intuitum esse, tantoque
puriores Honestatis TUÆ Ideas concipere, quanto sa-
pius singulas mellitissima consuetudinis nostra dulcedi-
nes non sine suavi recordatione degusto. Quod qui-
dem, non ut exprobrem constantia & fidelitatis meri-
tum (quod nullum est,) scribo; sed ut de religiosissime
custodito debito certio rem TE redditum ad parilis ju-
stitia perpetuitatem adhorter.*

*De meo certè candore, consilio magis quam fato
jamdudum TIBI addicto, eo minus dubitabis, quo
liberius & hic, sine ulla tamen pulchrioris Sexus inju-
ria, repeto, amoris prius quam amicitia inconstantia
reum me futurum. Vale & amare perge*

AMICORUM OPTIME


Tui amantissimum & ad officia
paratissimum

Jenæ à Museo meo, ipsis Idibus
Augusti 1679.

TILEMANNUM.



APHOR I.



TRANSACTIO est decessio * à lite non gratuita: dato videl. aliquò, retentò vel promissò. ** Conventio tamen essentialis quid transactioni non est, quia aliud est negotium quod agitur, aliud modus quò peragitur. *** Sed Pacto transactio omnimodò non constituitur, non quasi pactum non concipi possit super re dubiâ, ut cum

Dd. al. Klockius Relat. 3. Cam. n. 232. aut ubique Pactum fit gratuitum; Sed quòd pactum solùm in aliquâ specie, dum retinendum quid est, adhiberi possit, secus non quâ pactum rem conficiat, sed quâ per hoc, quòd quid in consequentiam pacti datur, vel alter à lite decedit, *contractus innominatus* inducatur. *l. 14. l. 19. l. 32. C. b. Non obst. l. 2. ff. eod. l. 27. ff. d. inoff. test.*

* *Non decisio*, quia causa neque deciditur, neque etiam omnia finiuntur, de quibus transigimus, ut exemplum est in criminibus.

** *Etsi res modica fuerit. l. 8. pr. ff. h. l. 78. S. f. ad SC. Trebell. (Diss. Gilken. ad l. 38. C. d. Transact.)*

*** *Qui aliis etiam negotiis communis est.* Sic enim *Juramentum* quoque voluntarium conventa decisio dici potest, ex susceptione. *l. 95. S. 4. ff. d. solut.* quanquam per hoc à transactione adh. differat, quòd hæc tota à conventionem dependeat, decisio verò jurata non tam conventioni debeatur, quàm Juramento. Est etiam *Juramentum* decisio potius litis, non decessio, tum & gratuita est, secus ac transactio.

APHOR. II.

Etenim sæpius per *contractum innominatum* fit *Transactio*. Quod ut perversè negat *Wiesnbachius Part. I. Digest. Diss. XI. tb. 4.* ita quòd tuetur *Bachovius ad Wesenb. π. b. t. n. 1. lit. d. S. n. VI. lit. u. cum Dd. comm. (v. Christoph. Besold. cons. 83. n. 108.)* quòd ob *Transactionem* semper *actio Prescr. verb.*



nunquam conditione ob causam datorum agendum sit: haecenus verum est, si ex capite pœnitentiæ, id quod datum est, repeti velit. Nam quô minus ex capite causæ non secuta id quod datum vel remissum est condici queat, nil impedit *v. l. 3. ff. d. condict. c. dat.* Quamvis enim aliàs danti, etiam quando accipiens factum implere vult, pœnitere liceat, tamen in *transactione* idè illud locum habere non potest, quia, cum obligatio accipientis in non faciendo seu desistendo à lite consistat, non potest non ea statim, ipsò eò, quô litem non movet, impleta dici.

APHOR. III.

*Litem v. subesse oportet, aut metum litis, Paris. 1. Conf. 32. n. 18. vel extrajudicialem controversiam, Lud. Polth. resol. CXLVII. n. 12. seq. imò quamvis lis non metuatur, sed res qualibet ratione dubia sit, ut est spes suspensa fideicommissi, l. 11. C. d. Transact. tamen illud non minus ac quævis alia causa probabilis in re ambigua pro sustinendâ transactione sufficit, Salgad. Labyr. Cred. Decis. XL. n. 7. Itaque si vel causa nulla subfit, (nec enim partium nuda assertio, quòd lis inter eas vertatur, litem facere potest: Joh. Meichsner. Tom. I. Dec. Cam. XVIII. n. 1. & 6.) aut præsupposita sit falsa causa: Mantica Lib. XXVI. Tit. IX. d. T. & A. Conv. n. 42. ex defectu materiæ corrumpitur transactio, l. 2. C. h. atque repetitio datur. l. 65. §. 1. l. 66. d. condict. indeb. & ibi Anton. Faber. in Rationalib. Nam ita planè calumniosam litem esse constat Carpzov. V. Resp. LXVI. Adeò ut satis non fuerit, recessum solum à lite, quæcunque etiam illa fuerit, respicere, aut quasi causa se à vexa redimendi; * quamvis super claro & indubitato jure, (ut ap. Magon. Decis. Flor. LXXXV.) aut lis ficta sufficere possit v. Gratian. Tom. III. Discept. for. c. 476. n. 14. Quamvis enim litem de facto moveri aut moveri velle sufficiat Klock I. Conf. XI. n. 98. seqq. tamen affectatam eam esse non oportet, & ut mala fides ** transigentis apertè detegatur: cujusmodi transigentem quoque enormiter peccare extrà dubium est. *** Mantica d. Lib. Tit. VIII. n. 77.*

* Ubi n. 174. litem de facto moveri intelligendum esse ait, non de facto juri adverso, sed de facto, quod variè narretur à partibus: Aliter ibi Surdus Conf. 451. n. 48. & melius ipse Klockius Sol. 2.

Conf.

Conf. 56 Conf. Fachin Conf 36. n. 14. Natta. Conf. 543. n. 45.
seq & Peregr. art. 52 n. 88. d. fideic.

** Argumenta mala fidei exhibet Speidel. Notab. voc. Bertrog.

*** quanquam aliàs transactiones b. f. susceptæ dubium diffidentia
facere non debeant, ne quidem in ecclesiasticis. Speidel. voc.
Vergleich. Non O. cav. Christianis. XI. q. 1.

APHOR. IV.

Judex v. transactionem quoque parti alteri, quæ justâ
causâ nititur *suadere* tunc potest, quando executionem diffici-
lem aut appellatione litem dubiam vel sumptuosam fieri pos-
se videt. Canis. ad c. ult. X. b. t. Engel. Part. III. Jur. Can. Lib. V.
Tit. 1. n. 15. Sed ad transactionem cogere partes non debet, nisi
ubi scandali occasio subsit, atque lis tam intricata sit, ut aliter
expediri nequeat, vel utilitas publica ex litigio partium v. c.
illustrium familiarum, periclitetur: Zoef. ad Tit. X. d. Treuga &
Pace. n. 3. Mev. p. 1. Dec. 224. Gail. 2. d. P. P. c. 18. n. 9 seqq. &
Gastel. c. IV. spec. Jur. n. 42.) aut Lex vel pactum * compositio-
nem partium injungat.

* V. Mev. Lib 1. ad Jus Lub T. 2 art. 3 n 53. ubi quando cogi possit
ex statutois, cui damnum à cive transfuga illatum est: & Klock.
Rel. Cam XXV. v27 seqq. & n. 80 seqq. ubi de causa Civit.
Brunsv. mit welcher sich vorger Zeit die Herrn Herzoge
ante præstitum homagium vergleichen müssen: Et an Transa-
ctio contentiosa detur?

APHOR. V.

Ex coheredibus unus cæteris invitis, eitam post litem contesta-
tam, (Diff. licet Berlichio Decis. 132.) cum communi adversario
transigere potest, pro sua parte. arg. l. 7. s. 6. d. pact. Carpz.
3. Resp. 35. n. 7. modò causa dividua fuerit; atque tunc cæteri
qui non transegerunt, communem quasi litem amplius pro-
sequi non possunt, nisi quoad inter ipsos adhuc communis est.
Mevius VIII. Dec. 328. Sed in causis individuis solum ante, non
etiam post litem contest. * uni sociorum transigere licet. l. 3. C. d.
commun. rer. alien. l. 1. C. comm. divid. Utique transactio cum qui-
busdam ex Universitate cæteris non præjudicat, si vel maximè
in executionem deducta fuerit, ne quidem quoad possessionem,
s. in judicio possessorio. Ant. Fab. Lib. VII. Cod. Tit. XIII. def. 13.
Non etiam confidejussorib. cæteris nocet aut prodest, si unus confi-

de jussor cum creditore pro rata transegerit. Carpzov. Dec. 196. Atque si cum Tutorib. aliquibus transigo, reliqui tamen, licet omnes teneantur in solidum, exceptionem Transactionis adv. me non habebunt. l. 1. C. b. junct. l. 15. d. tut. & rat. distr. n. quando actio penitus per stipul. Aquil. vel aliter ipso j. sublata sit. D. Lauterbach. E. IX. 7. Interim etiam priori casu exceptiones divis. & excuss. salvas habebunt. arg. l. 27. §. 4. l. f. ff. d. pact. Idem, d. l. conf. Treutl. Conf. XX.

* Ut nim. sociis cæteris præjudicet. Nam quoad eum quoc. transigit, pro sua quotâ ab ejusmodi transactione, ex capite & persona sociorum, recedere eum posse non videtur. G. P. Frider. Mindan. Lib. III d. Contin. caus. c. XV. n. 29. seqq.

APHOR. VI.

Equidem Litigantes insciis etiam & invitis Mandatariis, lite quamvis contestatâ, possunt transigere. Carpzov. Dec. 246. Ipse v. Procurator licet generalis omnium causarum vel litium fuerit, non potest, Brunnem. ad l. 7. C. b. t. etiamsi constitutus fuerit cum libera. l. 69. ff. eod. Secus si generaliter datus fuerit ad negotia, & necessitas vel utilitas Domini evidens id suaserit, quando videl. de re planè dubia agitur atque aliæ probationes deficient; arg. l. 17. §. f. d. jurej. l. 12. de pact. l. 58. d. procur. junct. l. 35. d. jurejur. * ita ut non tam ad Mandati formulam præcisè, quàm ad sensum ejus atque probabilem Domini voluntatem respiciendum esse velit Bachovius vol. 1. ad Tr. D. 7. tb. 2. c. Non minùs Administratores Civitatum valent transigere, sinè speciali mandato, si b. f. agant. Gail. 2. Obs. 72. Barbosa ad l. 12. C. b. t.

* Quamvis tunc cum liberâ Mandatum non habeat: quod quidem Canones requirunt. c. 4. d. procur. in 6. quos ut transigens hâc in re attendat, tutius est.

APHOR. VII.

Sed & Tutor de rebus atque nominibus pupilli rectè transigit, licet pupillus inde non fiat locupletior, dummodò justâ ratione transactum fuerit. l. 4. C. d. evict. ubi Brunnem. Hahn. ad Tit. Quando ex f. Tutor. n. 3. Quin & de re immobili sinè Decreto cum transigere posse volunt, non tantùm quando pupillus rem eam retinet, aliquò quod servando servari non potest,

test, datâ vel remissô; Græven *Lib. 2. ad Gail. Concl. 72. n. 2.* Montan. *c. 33. d. Tutel. n. 247.* Sed & quando pupillus vel Minor rem non possidet: quasi non tam transactionis causâ adversarius rem consequi, quàm potius ex præexistente titulô retinere videatur. Argentr. *ad Consuet. Britann. art. 266. c. 3.* At vero hoc posteriori casu absque Decreto Tutorem transigere non posse rectius statuitur: Simoncell. *Lib. II. d. Decr. Min. Tit. VI n. 102.* siquidem is qui rem dimittit ap. possessorem, exceptionem perpetuam contra se parit, ut rem amplius vindicare non possit, & in effectu igitur alienat. Franzk. *cap. XXI. d. Laudem. n. 12. seqq.* Multò minùs sine Decreto transigere potest Tutor vel Curator, quando rem Minoris immobilem in adversarium *transfert*; Balthasar *P. I. Tit. V. Resol. 7. n. 19.* etiamsi is cum quo transactum est, paratus sit ostendere, quòd Dominium rei ad se pertinuerit. Anton. Fab. *Lib. V. Cod. Tit. XXXVI. def. 1.* Quid enim quòd solius etiam possessionis alienatio Tutoribus inhibita sit. Decretum verò *Judicis domicilii* sufficere putant, quoad validitatem transactionis, etiamsi alibi res sita sit: Gomez. *Lib. III. resol. c. XIV. n. 17.* Simoncell. *Lib. I. Tit. XI. n. 69.* Atque si transactio *Judicialiter* facta fuerit, non opus esse decreto judicis alterius, Franzkius docet. *3. resol. 20. n. 39. seqq.* De cætero & ut *Dominium* rei immobilis in alium *transire* possit, peculiare locorum mores respici oportet.

APHOR. IIX.

Si *Minor* ipse, Curatore destitutus, transigat, de his quæ finè Decreto alienare valet, restitui potest, cum læsum se esse probat, nisi *juramentò* transactionem corroboraverit. *arg. l. 1. C. si adv. rem jud. & Auth. Sacram. pub. C. si adv. vend. An v. adv. transactionem judicialiter factam eòdem benef. restitutionis gaudeat?* de eo Franzkii doctrina *in d. resol. 20.* approbanda est. Illud sanè, quod nonnullis placet, rationi juris non congruit, posse minorem restitui, quando sententia durius ceciderit, ad summam, quam adversarius pendente lite ipsi obtulerat. Non Obst. *l. 9 §. 2. ff. d. Minor. (junct. l. 7. pr. d. Cond. furt. & l. 46 §. 5. de furt.)* Nam Textus ille eò pertinet, ut

B

da-

damno majori minor cripiatur, non etiam ut ad lucrum indebitum restituendus veniat.

APHOR. IX.

Velut *Mulieris* Transactio sine *Curatore*, quem ad litem acceperat, valet: *Mevius V. Dec. 100.* ita transactio *Mariti* Curatoris uxorem obligat, cum is mandatum habeat cum libera: adeo ut ne quidem uxor in integ. restitui possit. *Idem IV. Dec. 32.* Quæ tamen traditiones non utique Juribus Terrar. *Saxonie.* uti tribunali, cui Author præerat, conveniunt. De *Patre* quidem constat, quod is de bonis *filiis* adventitiis etiam citrà decretum * valeat transigere. *arg. l. 10. b. t. Gilken. in l. 12. n. 9. C. h. Montan. d. Tutel. c. 33. n. 249. Gail. 2. O. 72.* etiam nobilis aut illustris si fuerit, v. vol. 1. *Confil. Marp. 27. n. 12. seqq. tot. Qu. I.* modò justâ causâ motus sit: & prudenter transigat; ** *Montan. d. l. n. 488. Græven. Lib. 2. Concl. 72. n. 6. seqq.* atque si filius ejus ætatis sit, qui consentire possit, & præsens sit, consensu ejus adhibitò *l. ult. §. 3. & 4. C. d. bon. qua lib. Vinn. c. 3. d. Trans. n. 13.* Sed si filius in potestate ejus non sit, non valet patris super re illius inita transactio: multòque minùs matris transactio liberis obesse potest. *Besold. Conf. 254. n. 52.* Ipsius autem *filiis* transactio super bonis adventitiis non statim rescindenda est, sed quia aliquando valere potest, super eâ causâ cognitâ statui debet: *juxta Mevium VIII. Dec. 209. & 345.* ubi quando pater ex obtentu usufructus sibi in illis bonis competens transactionem filii impedire aut revocare nequeat? definit.

* Quod haud dubiè in illo casu non requiretur, quando Pater quid ex immobilibus filiis, apud possessorem adversarium relinquit; prout alias etiam Patri plus, quàm cuilibet alii Administratori permittitur. *l. 40. §. 1. ad SC. Trebell. j. l. 37. §. 1. eod. Græven ad. d. Concl. Gail. 72. n. 8.* Sed nec unquam illud Leges requirunt, etsi rem immobilem Pater in adversarium transferat: *arg. l. 1. C. d. bon. mat. l. 8. §. 4. C. d. Bon. qua liber. conf. Giphon. ad l. 6. C. d. bon. q. lib. p. 217. seqq.* (ut tamen quia transigendi necessitas se non usque statim probat, adversarius de Decreto sibi tutius prospiciat. *v. Mynsing. VI. Obs. 61.) Diss. Simoncell. Lib. II. d. Decret. Tit. 6. in sp. 10. n. 102. Surd. 3. Conf. 451.*

** Nec enim filius Transactioni, si exinde graviter se læsum esse ostendere possit, stare tenetur. *v. D. Richter 1. Conf. 52.* ubi de
Trans-

Transfatione Patris super debito matris inita. Quid tamen si Pater transegerit & de rato caverit, liberi autem adv. illam transactionem se in int. restitui petant? Non committetur de rato stipulatio. l. 3. rem rat. hab. ibique in Papin. Cujacius. Jo. Sandius lib. III. Tit. 9. Dec. 3. Nec enim improbant filii quod gestum est, sed rescindi illud modo legibus probato volunt.

APHOR. X.

Prælatum super re immobili, eam retinendo, transfigere posse, citra Superioris auctoritatem constat, quia sic Ecclesiæ conditionem meliorem facere censetur. Fr. Marci 2. Dec. 188. Sed relinquendo eam apud possessorem transfigere eum absque consensu superioris * non posse, Surdus adstruit. d. Consil. 451. Nam & dimittendo alienationem fieri, post Peregrin. art. 40. d. fideic. n. 124. Capyc. Dec. 156. n. 15. jam antè probavimus, unde falsa est illorum sententia, qui Prælatum super re licet Ecclesiæ non incorporata, si adversarius eam possideat, sine consensu Capituli (dum alterius superioris auctoritas non exigenda est, V. Gail. 2. O. 161.) transfigere posse putant. Klock. I. Cons. XI. n. 102. 175. Num v. cum Capitulo, sed absque consensu Pontificis, Episcopus super bonis Ecclesiæ suæ in feudum oblatis, & nunc in controversiam pertractis, transfigere possit, in *Lectioib. Feudal. expeditum dedimus*. Illud Q. An saltim Ecclesiæ transactio cum Ecclesiâ aliâ valeat, si requisitis Canonum destituta fuerit? quasi privilegiati invicem non utantur privilegiis. Non valere eam Rebuffus ait, in c. sine exceptione. XII. q. 2. n. 12. 66. q. 2. etiam si quid hinc inde daretur; multò minùs si altera nil penitus recipiat. Conf. Redoan. d. Reb. Eccl. non alien. Cap. I. n. 18. c. 47. rubr. 33. cas. 30. q. 23. §. 9. n. 7.

* Ubi tamen observandum est, quòd Bulla Pontificum de non alienandis bonis Eccles. absque solennit. præscriptâ, in multis locis recepta non sint. Quod de integrâ Germaniâ asseverat Streinius Acad. Bamberg. Cancellarius P. II. summ. Jur. Can. Tit. 17. §. 3. n. 3. & de aliis Regionibus Covarruv. II. ref. c. 16. n. 6 & Azor. p. II. Inst. Mor. L. 9. c. 2. q. 1 item Piascecc. d. prax. Episc. p. 2. c. 5. §. ad extremum. Nec minùs etiam, si juraverit Episcopus, se quid inconsultò Rom. Pontif. alienaturum, non esse, restrictiones multas istud juram. sortitur. Idem Azor. c. 1. qm. 2. d. L. 9. Barbol. p. 2. d. Jur. Eccles. 30. Gylm. Tom. IV. Symph. . 1. p. 10 Junct. Gædd. 4. Conf. Marp. 48. q. 1.

APHOR. XI.

Vasallus de Feudo non decidendi tantum, sed & alienandi causâ, h. e. utrem feudalem in adversarium transferat, inconsultô Dominô, 2. F. 26. §. si vasallus. & 2. F. 43. in præjudicium sui, & quâ utile Dominium, justâ ex ratione & bonâ fide, validè transigit: etiamsi plenum Dominium vindicaverit adversarius; d. 2. F. 43. secus ac putavit Rosenthal. c. IX. d. Feud. Concl. 21. n. 1. Nec tamen Agnatis, quippe qui proprio jure nituntur, ea transactio præjudicat: (quemadmodum illis præjudicaret sententia adversus Vasallum lata:) licet Dominus eam rati habere teneatur. Valet etiam transactio de bonis fideicommissariis à fiduciario b. f. facta. arg. l. 104. d. solut. Sed an eâ obligentur hi qui ad fideicommissum vocati sunt? Quær: Vid. Knipschild. d. Fideic. famil. c. XI. n. 95. seqq. Quod si bona retenta fuerint, hæredes transigentis illud quod pro transactione solutum est, repetere à vocatis posse, nonnulli volunt: à quibus simpliciter idem Knipsch. recedere non debuit. Sed & fideicommissarius rectè transigit. Peregrin. art. 52. d. Fideic. n. 88.

APHOR. XII.

Debitor autem, formatô jam concursu, possessis quippe bonis à creditoribus, cum uno illorum transigere non valet. Quod si verò aliàs debitor cum creditore transegerit, residuum creditor, quod debitori remisit, ne tunc quidem à fidejussore petere potest; licet sibi expressè ejus nomine contrâ hunc actionem reservasset. Carpzov. III. Dec. 251.

APHOR. XIII.

Super re certâ non transigitur. Nec adeò super questionibus juris. v. l. 32. C. b. Menoch. conf. 750, n. 11. junct. tamen Alex. VI. conf. 41. n. 69. De causa verò Judiciariâ si pendente termino comparendi transactum est, edictum ipsô jure circumducitur. Myns. IV. Obs. 47. Potest etiam post conclusam causam transigi. P. Busius ad l. 7. ff. b. n. 7. Sed in Camera transactiones illæ causarum conclusarum sub pœnâ judicii significandæ, nec planè transactiones in ec. Fiscalibus sine præscitu Deputatorum ineundæ sunt, C. G. O. P. I. Tit 16. ceu quidem alibi super lite qualibet in supremâ Curia pendente non nisi auctorit. Jud. fas est transigere. Christin. 2. Dec. 69. n. 2. Quod si v. transig-

figatur post latam sententiam, parte victrice ignorante se obtinuisse, sed victa sciente: executio per except. transactionis non retractatur, cum transactio illa non valeat. Myns. d. Obs. 47. & 3. O. 91. Gylmann. præjud. Cam. pag. 342 Est quoque nulla Transactio super re iudicata inita; Mev. VIII. Dec. 493. licet adjectum fuerit: non obstante sententiâ, (aliter ac Asinius §. 31. c. 18. d. Execut. lim. 8.) atque adeo sententiæ renunciatum fuerit: Surdus Decis. 185. n. 9. 13. imò licet juramento Transactionem partes firmaverint. Merenda Lib. I. contr. c. 5. Sunt tamen casus, quibus res iudicata ad incertum redigi, & sic valere transactio potest: de quibus VVisenb. D. X. ad Pand. n. 5. Mynsing. d. Obs. 47. & Barbosa Lib. XVIII. Axiom. c. 25. ax. XI. Unde licet à supremo Senatu appellari non possit; tamen post sententiam, vel rem ibi iudicatam, aliquando validè transigitur, quando sc. remediis aliis sententia vel res iud. attentari potest, utpote per Supplicationem, Revisionem & sim. Anton. Fab. in Rational ad l. 23. §. 1. ff. d. Condit. indeb. Ubi simul etiam super executione, quando eventus eius dubius est, transactionem admittit. Quid verò si reus sententiam nullam dixit, & Lite nullitatis pendente transigit, ut ad diem pecuniâ non solutâ sententiæ stare debeat? Ita de Nullitate post effluxum terminum amplius dicere non potest. Vantius. Quom. sent. Null. repar. n. 17. 161. Quòd si etiam appellans cum adversario litem transigendo componit, an tunc illa transactio cæteris consortibus, qui quidem non appellarunt, sed tamen appellationem ab isto interpositam prosecui volunt, ita præjudicet, ut & illi transactioni stare cogantur? Berlichius decidit. Dec. 185. Et an contra Laudum transactio fieri possit, ap. Quettam, Conf. 55. item an super instrumento garantigato, ap. Busium d. l. 7. n. 6. & Wisenb. d. l. n. 5. sub distinctione, resolvitur, si vitiò sc. laboret, aut controverti possit. Non etiam post jusjur. in litem transigere licet. Quid autem si in causâ quadam restitutio in integrum peti possit? Si lis restituendi causâ jam mota est, valet transactio l. 31. C. b. si nondum mota fuerit, res pro certa habetur, nec idcirco transactio subsistit: per l. 4. §. 1. d. fideic. libert.

APHOR. XIV.

De controversiis Testamentariis Fr. Baldulnus L. 3. Justinian.

p. 347. etiam non inspectis tabulis vult posse transigi, eodem-
 que modo Æmil. Ferretus, in l. 3. §. 4. quemadm. test. aper. (Gaji
 responsum in l. 6. ff. b. t. de expeditione causæ apud iudicem
 intelligens.) Anton. Faber de transactione quidem inter partes
 accipit, sed tantum quod illa fieri non possit commodè absque
 inspectione Tabularum. Enimvero non posse aliter transigi Lex
 6. disponit: (Non O. l. 12. ff. b. & l. 78. §. ult. inf. ad Sc. Treb. v.
 Bachov. r. 7. 4. e.) & satis evidens est differentia inter testa-
 menta & instrumenta alia. Neque enim hic de supprime tabu-
 las agitur, sed quando quæc. ratione visæ non fuerint, licet
 non suppressæ; cum quidem super instrumentis non exhibitis,
 vel non attentis illis, modo non suppressis & post repertis,
 transactio valeat. Si tamen transigentes verba testamenti, etiam
 aliunde quam inspectis tabulis, scivisse comprobentur, transactio
 subsistit. Mantic. L. XXIV. d. T. & A. C. T. it. 2. n. 2. seq. Anton Faber.
 H. 4. 1. Surd. Dec. 185. n. 3. Sandius. IV. Dec. V. 15. Nec minus in Codi-
 cillis, ut & Testamento nuncupativo, & vel in hoc ex depositione te-
 stium, requiritur voluntatis ult. notitia: Scotan. Disp. XVII. th.
 18. Bachov. d. l. lit. G. Carpzov. II. R. T. it. 2. R. 13. Vinn. c. 5. d.
 Transact. n. 6. & cum primis quoad scriptum in eo qui litera-
 rum ignarus est, de quo v. Cœpoll. Cautel. 283. n. 3. Quamvis autem
 ne jurata quidem transactio aliter suscepta valeat; (Diff. Gu-
 tiercz. P. 3. d. Jur. Confirm. c. 2. n. 20.) Tamen si mediante juramen-
 to inspectioni illius testamenti, ex quo petitio dependet, renun-
 cietur, valebit Transactio; non item si renunciatur simpliciter. v.
 Sand. d. l. Et hæc quidem omnia obtinent, si modo tabulæ in-
 spici possint: nam super tabulis extinctis non eò minus rectè
 transigetur. Cæterum ex testamento, utut invalido, Legata ab
 eo, qui super illo transigit, ut valeret, debentur. Mevius VII.
 Dec. 9. Quando autem Transactio super testamento fideicom-
 missum tollat, aut eius renunciationem contineat. v. ap. eund.
 IX. Dec. 136. Denique gratuita remissio ejus quod ex Testamen-
 to debetur, etiam non inspectis Tabulis fieri potest. Vinn. c. 5.
 d. Transact. n. 10. frustra Diff. Busio ad l. 6. b. n. 4.

APHOR. XV.

Super alimentis* futuris, ultimâ voluntate debitis, non potest trans-

transigi, nisi auctore Prætoris: Menoch. 2. *A. Q. cas. 170.* etiam si Alimentarius nobilis fuerit; aut satis locuples. Vinnius *c. 6. d. transact. n. 9. 10.* Non *O. l. 8. §. 23. b.* Valet tamen Transactio si alimentario utilis fuerit; *Surd. Tit. VIII. d. Alim. priv. § 6. n. 63. & 70.* Carpz. *Dec. 157.* Similiter permutatio valet, si damno-
sa ei non fuerit. Idem *n. 95.* Sed & super annuis pensionibus ultimâ vol. relictis, etiam absque Prætoris inita transactio subsistit. *d. l. 8. §. 23. seq.* Atque si alimenta per contractum debeantur, de futuris non minus absque Prætoris transigere licet. *Surd. d. l. n. 42. seqq.*

* quò nomine quid in transact. veniat, est *in l. 8. §. 25. b. junct. l. 234. §. 2. d. V. S. Vinn. d. l.*

APHOR. XVI.

De statu hominis controverso, * etiam contra libertatem, validè transigitur: *l. f. C. h. ubi Alciatus, junct. Heig. II. qu. 16. n. 16.* eamque transactionem dubiò perseverante subsistere, sed redactò statu libertatis ad certitudinem, eandem retractari, *Bachov. docet. arg. l. 13. C. h. l. 9. C. d. liber. caus. Vol. 1. Tr. D. 7. tb. 4. A.* Multò magis super statu & conditione Nobilis transigi potest. *v. l. 10. C. h. junct. l. f. eod.* Sed non posse super quæstione de Tutelâ, *Lud. Romanus tradit. singular. 471.* De statu Monastico, num super eo valeat transactio? dubitari poterat: ob *c. 7. x. b. & c. f. x. d. Simon. cum primis si Decretum Episcopi non accedat.* Et quidem cum de statu dubio, an quis sit Monachus, agitur, nullibi transactio inhibita videtur; quanquam si certum fuerit, quem Monachum esse, præter solum Pontificem nemo dispensare, *arg. c. 6. in fin. x. d. statu Monach.* multoque minus præstatione pecuniariâ, ut in Monasterium non reverti liceat, conveniri possit: ne sc. rem, quam putant spiritualem, pretio subjiciamus. *conf. Hunnium ad Treutl. d. Diss. 7. tb. 4. qu. 28. & D. ab Andler. L. 2. Decis. Tit. 4. n. 44.*

* Pactò quidem homo liber servus fieri non potest. *l. 6. 30. 36. C. d. Liber. caus.*

APHOR. XVII.

Nec verò super rebus sacris aut spiritualibus transigere quis potest, ut nempe temporales pro illis dentur, *c. 4. 7. 8. & 10.*

§ 10. x. b. c. 4. x. d. pact. c. 5. d. rer. permut. aut quidem spiritualis, sed ut quis ad beneficium Ecclesiae recipiatur vel praefertur. c. 3. d. instit. C. 4. d. renunc. C. 11. XVI. qu. 7. cum utraque transactio in simoniam incideret. Corvin. Lib. III. J. Can. Tit. VI. Alias enim valet, nec simonia committitur, si quando res spiritualis compensatur cessione vel largitione alterius rei aut Juris Spiritualis æquivalentis, ut si decimæ pro medietate dividantur, aut si pro decimis conciones Religiosi suscipiant: Nec non redimenda vexæ & donationis gr. alteri quid dare licere tradunt, ut is liti super beneficio spirituali cedat. c. 28. x. d. Simon. v. Canis. ad c. 4. x. b. t.

APHOR. XVIII.

Quâ ratione, licet super matrimonio transigere, ad dissolvendum illud, impermissum sit, (præterquam si ex causâ adulterii aut malitiôsæ desertionis profluat. Heigius II. qu. 16.) tamen pro redimendâ vexâ, modò de promissione matrimonii non constat, Transactio admittitur: Carpz. II. Jurisp. Cons. T. 14. def. 233. saltim fiat judicialiter. Idem III. Tit. 3. def. 39. 40. Quin & post sententiam pro matrimonio latam actori desistere licet à persecutione, & liberare adversarium, ex trad. Mevii VIII. Dec. 485. nec tamen etiam hoc aliter, quam *authoritate Judicis*: dum refractarium cogi non cupit pars altera, nuptias inimici refugiens.

APHOR. XIX.

Super crimine capitali accusator & reus, ante * & post institutam accusationem, etiam abolitione non impetratâ, rectè transigunt. Nec minùs in arbitrariis valet transactio, quoties ad pœnam capitalem procedi potuit. Est autem crimen capitale *h. l.* quod pœnam sanguinis, & vite quidem, *die Lebens Straf* ingerit. Hinc *fustigatio* non est pœna sanguinis; v. l. 8. § 3 ff. d. pœn. Treutl. Vol. i. D. 7. th. 5. b. Arum. Diss. IV. ad Dig. th. 28. (Diss. Clar. qu. 58. n. 8.) nec membri mutilatio: Menoch. I Arb. qu. 86 n. 9. ap. Arum. th. 29. (Diss. Gomez. 3. resol. 3. n. 54. & Barbof. ad l. 18. C. b. n. 8. Clar. d. l.) nec perpetui carceres Arum. th. 30. Clar. d. qu. n. 9. Menoch. c. l. multoque minùs *amissio honoris*. Clar. n. 10. Arum. d. l. Neque etiam transactio
actio

actio tunc admittitur, quando super crimine quod capitale est, statut^o pœna pecuniaria introducta fuerit. Clar. d. qu. 58.

* Aliter Vinnius c. 7. d. *Transact.* n. 5. & D. ab Andler. *Lib. 2 Dec. Tit. 4 n. 57.* qui nullam esse tradit transactionem, & in crimen *concessionis* accusatorem, qui nondum factâ inscriptione in crimen tranfigit, incidere. per l. 2. d. *Concess.* l. 1. ff. d. *bon. eor. q. ant sent.* Vid. l. 1. § 3. d. *Calumniat.*

Sed an super crimine Capitali inita transactio efficere potest, ut reus pœnam mortis evadat? Sic putat Carpzovius *IV. Const. 32 def. 18.* quia is sit *finis* transactionis, *indeque ad *furtum* infert. Et quanquam *Magistratui* per transactionem fieri non debeat *præjudicium*, ** tamen condemnationem non nisi in pœnam *extraordinariam* fieri debere, adeoque non ad pœnam sanguinis aut vitæ ademptionem: quanquam hoc ad omnia crimina non pertinere ipse largiatur, p. 3. *Cr. 148. n. 6. seqq.* Sed solum in *adulteriis*, *injuriis*, *furtis* locum sortiri, non in *atrocioribus*, 2 *Cr. q. 80. n. 80. seqq.* quale *homicidium* est; nisi (quod d. qu. 148. docet,) *causa* prægnans alia concurrat: quam quidem restrictionem ferre non potest Oldekop *Dec. 2. advers. Carpz. qu. 1. **** Et sanè rectius statuitur transactionem in homicidio ad hoc, ut reus pœnæ mortis eximatur, nil efficere: *Philippi ad Dec. Elect. 1 Obs. 3. n. 25. ubi præjud.* Mevius *Lib. IV. Jur. Lüb. p. 72. Brunnem. c. IX. Proc. Cr. n. 64. & jam olim Heigius I. Qu. 39. n. 55. seqq. & Coler. I. Dec. 22. n. 10. seqq.* Neque etiam si de homicidio *non doloso* **** agatur, præstatio pecuniaria, quâ secundum statuta nonnullor. locor. *propinquis occisi* ***** id quod ipsorum interest resarcitur, efficit, ut iudex pœnam reo debitam *mitigare* ***** possit. Verùm ipsa potius delicti ratio aliter non admittit, quàm ut pœna nec ordinaria, nec etiam mitior quàm delicto debetur, sed *conveniens* infligatur. Secus ac in criminibus *anteà* adductis, in quibus si vel maximè *dolosa* sint, quia tamen *privatam rem* propius afficiunt, neque adeò *atrocia* ***** sunt, abstractio læsorum ab instantia seu querela *Judiciaria* ad mitigandam pœnam conducit.

C

Imò

* Imò sufficere debet t ansigenti reo, quòd exceptionem adversus eundem accusatorem criminis conscium habeat. Utrique autem, quòd infamiam neuter incurrat aut ullam spœnam ob ejusmodi transactionem, Iuvatur uterque, sed reus non omnimodò liberatur. & l. 2. C. d. Abolit. (ubi nec accusator abolitionem consequitur, nisi justâ ratione transegerit.) Sic ergò suo modò verum adhuc esse potest, quòd inspectò cumprimis J. Justin. uterque sanguinem suum redemerit.

** quò minus adh. possit reum punire criminaliter: licet quando transactio super leviore delictis cum læso inita est, criminalis seu corporalis pœna cesset: juxta Coler. I. Dec. 22. junct. Farinac. Lib. 1. pract. crim. Tit. 1. qu. 4. n. 34.

*** nam ita solam causam sufficere posse ait ad mitigationem, ut transactio quicquam non efficiat: Si vero causa per se sola non sufficiat, ita potiùs transactionem indicium ad torturam vel ad inquirendum minimum parere Neque tamen Carpzovii sententia singularis est, nam & Afflictis Dec. 287. tradit, pro homicidio factam transactionem, cum reus per decennium stetit, ad mitigationem pœnæ profuisse.

**** De delictis culposis privatis, quæ tamen extra ordinem quoque puniuntur, ut percussio v. c. si cum parte, antequam Magistratui de illis constet, transigatur, cessare pœnam docet Carpzov. IV. Const. XIII. def. 10. maximè si lata culpa non fuerit, cum hæc propè dolum sit. Cæterum si super homicidio dolo cum agnatis interfecti transigatur, nihilominus pœnam gladii seu ordinariam dictari Colerus adstruit d. Dec. 22. n. 17. ubi Clarum & al. contrarium sentientes, quòd nempe ad pœnam sanguinis eò casu deveniri non possit, ad consuetudinem illorum locorum restringit, ubi inquisitio Magistratûs cum accusatione partis concurrat.

***** ad quos etiam (sicut & ad quemlibet heredem) Cindia necis defuncti pertinet: & J. quidem Sax. ad agnatos nec nisi his deficientibus ad filias & cognatos. Coler. Decis. 159. ita ut si priusquam quæstio in judicium deducta fuerit, sine judicis consensu hæres ejusmodi cum occisore transigat, ei tanquam indigno hæreditas auferatur. l. 17. d. h. quib. ut ind. l. 15. 22. ad SC. Syllan. Quæ jura licet in defunctis, ab ille velit Reufner Lib. 1. Dec. 20 n. 62. Tamen in iisdem adh. subsistit cum Heigio Sixtinus L. 2. d. Regal c. X n. 25. & ex hoc Dns. Mevius Lib. IV. ad Jus Lub. Tit. 8. art. 2 n. 15. nisi quòd denunciatio sufficiat. v. O. Crim. art. 214. & si hæreditas opima sit, ut inquisitionem sumtu suo hæres instruat. Mey. d. l. & in v. Dec. 301. Carpz. Cr. qu. 34. n. 36. Wisenb. 1h. 8. ad Syllan. Quæ quidem ad Pingizer. d. Qu. l. V. observanda sunt.

Licet

* * * * * Licet eò tendat Bachov. l. 7. §. & Pingizer. d. qu. 4.
conf. Christin. l. Dec. 152.

* * * * * Nam de incendio initam transactionem ad miti-
gandam pœnam ordinariam non sufficere tradit Carpzovius
IV. Const. 17. def. 5. & in Furto tamen secus est, non modò
quòd pœna mortis remissò privatò interesse non ampliùs de-
beri videbatur, postquam nunc quidem obtineat, ut reip. &
privato unâ mortis pœnâ satis fieri possit: nam in incendio non
minùs pœna mortis privatam persecutionem tollit; Sed quòd
atrocitas facinoris non patiatur, supplicio aliquâ præstatio-
ne pecuniariâ præjudicium fieri.

APHOR XXI.

Potest igitur non minùs super Crimine fractæ Pacis transi-
gi. Gail. I. de Pac. Publ. c. XI. n. 13. seqq. Frid. Mind.
Lib. I. d. Proc. Extr. c. 22. n. 12 seqq. sed cum Fisco per hoc et-
iam non præjudicetur, ideò tutiùs cum ipsò etiam Fisco tran-
sigitur C. G. P. II. Tit. 18. §. So auch Gail. d. l. Schvvanm. Obs.
50. Mynsing. 2. O. 79. & 5. O. 62. Sed an de Crimine Majestatis
valet Transactio? Negat. Lud. Molina T. 3. Disp. 46. n. 12.
Zœf. d. Trans. in π. n. 14. & Cujac. VI. Obs. XI. itemque de ac-
cusatore, Ant. Matth. ad Lib. 48. d. Criminibus. Tit. 19. c. 8. n. 41.
Rectiùs de reo & accusatore affirmatur, cum Basilic. Lib. LX.
Tit. 26. v. Hunn. d. Pact. c. 3. Ex. XI. p. 222. Non O. l. 5. §. pen.
& f. C. ad L. Jul. Maj. Ad quam v. Pac. Comm. ad l. 18. C. d. Trans-
act. Nec minùs, quòd de Parricidio transigi possit, asserendum
est. (v. Diss. Arum. Diss. IV. th 33.)

APHOR. XXII.

De Adulterio autem transigere non licet: non quòd capita-
le non fuerit, * sed nunc etiam postquam capitale factum fuit,
peculiarì ratione: quam D. Brunnemannus expendit l. 18. C. d.
transact. Anxiè tamen ab omnibus, cur in Diocletiani illa con-
stitutione d. l. 18. è censu criminum capitalium eximatur? dis-
quiritur: cum Mart. Klockius ad d. l. Lyklama Lib. II. membran.
Jur. Ecl. IX. item Vinnius c. 7. d. Transact. & Selden. L. 3. Uxor.
Ebraic. c. XII. (nil officiente Ægyd. Hortensio ad §. item Lex.

Jul. d. Ad. Inst. d. Publ. Iud.) adulterium tempore Diocletiani capitale non fuisse, eruditè ostenderint. Agnoscamus sanè emblemata Triboniani, cui ut interpolare posset jus anterius, Imperator exsertè permiserat. Inde Exceptio illa in Cod. Gregoriano non reperitur, ceu quidem illa in Basilicis extat. Et cur igitur hodiè transactionem mariti cum adultero admittunt? (idque solùm in illis locis, ubi adulterium capitale habetur D. Lauterbach. Exerc. IX. Concl. XI.) An quia Legibus Codicis per Novell. in hoc capite derogatum est? quod tradit. D. Carpzovius 2. cr. q. 71. n. 33. & 2 q. 55. n. 14. Sed non probat. An quòd matrimonio hoc detur, ut postquam in crimen prolapsa est mulier, & de patrato non etià de futuro adulterio agitur, marito num injuriam commodò pecuniariò ** solari velit, integrum esse debuerit? Nam de reo quidem dubium esse non potest, quin is periculum sanguinis, quoad usque adulterium capitale est, redimere queat, ut ob hoc pro convicto non protinus haberi debeat. Si verò reus Adulterii maritus arguatur, de muliere ejus quippe quæ adulterii quæstionem movere non potest, num possit cum muliere adulterà transigere, Jcti veteres disquirere supersederunt.

* Unde facilè refelluntur illi, qui ideò de Adulterio transactionem in l. 18. C. inhibitam esse putant, quia per L. Jul. adulterium nondum fuerit capitale; & quamvis postmodum in capitalem pœna illa evecta sit, transactionem tamen prohibitam mansisse: velut non protinus cessante ratione prohibitionis, ipsa cesset prohibitio.

** Nec enim foro convenit doctrina D. Brunnem. ad l. 18. C. h. quando cum Molina simplicem tantùm remissionem mariti, non etià transactionem cum reo admittit.

APHOR. XXIII.

Super crimine incestus, sive cum stupro sive cum adulterio junctus fuerit, nullò modò transigere licere Boërius docet Decis. XCI. Non etià de raptu licet transigere Parentibus. l. un. §. pen. C. de rapt. virg. Arum. Diss. Pand. IV. tb. 38. Licet verò aliis, si ex L. Jul. de vi. accusationem instituunt, sed non etià si ex L. Jul. d. Adulter ut distinguit Wiefenbach ad π. d. quidem Transact. n. XVI. De stupro si cum imprægnatione junctum est, &

& fœmina matrimonii promissionem intervenisse alleget, transigi non posse, Berlichius arbitratur, *IV. Concl. 38. n. 123.* eò quòd intentionem fundatam quoad matrimonium habeat mulier. Sed admittunt transactionem in casu promissionis adh. dubiæ JC. Marpurgens. *in vol. 1. Conf. 15.* quamquam ibi adversam sibi sententiam judicalem adducant. Tutior est, si Transactioni non accedat *Judicis* authoritas, (*vid. Aphor XVII. h.*) Berlichii doctrina: qui non minùs *n. 126. de simplici stupro* hodiè transigi posse commemorat.

APHOR. XXIV.

Qui itaque transigit super Crimine, de quo per Legem transigere licet, non censetur crimen *confiteri*, indeque nec infamiam subit: Mynsing. *VI. Obs. 22.* Heig. *2. qu. 24.* Vix tamen est, ut sententia illorum probetur, qui transactionem ejusmodi *indiciam* quidem ad *torturam* facere asserunt: ut Scacc. *Libi II. c. 9 d. Judic. n. 908.* & Oldekop. *Cautel. Crim. 5. Tit. IV.* ut non immeritò contrarium doceat Zangerus *c. 2. d. Tortur. n. 116.* & Carpzovius *3. qu. cr. 121. n. 56. seqq.* nisi singularibus cautelis * transactio muniatur, quas tamen ipsas etiam *judicis arbitrio* rectè subjicit Zangerus *d. l. n. 125, conf. Merend. V. controu. 24.*

* Cujusmodi esse tradunt, si *tertius* quis nomine rei transigat ex Farinac. *L. 1. Tit. d. inquis. 1. qu. n. 18. seqq.* si reus non designetur, sed in genere remittatur, ab his quorum interest, ex Jason. *ad l. 18. C. n. 20.*

APHOR. XXV.

Quid jam de Falsi crimine? speciosa sunt, quæ Coll. Arg. *th. 15. seqq. b. & th. 50. d. Pact.* cum Fachinæo *lib. 1. Contr. c. IX.* aliisque, Transactionem permittit. Sed magis est, ut cum Briffonio & Rævardo, *ap. Matth. Klok. P. IV. ad l. 18. C. b. c. 2.* eam locum non habere, * adeoque hoc solùm velle dictam *L. 18.* dicamus, quòd de crimine non capitali transigens, falsi reus fiat; Treutl. *1. 7. 5. f. ibique* Bachov. *lit. E. item* Wiesenb. *D. X. ad π. n. 18.* & explicatè Schifordegherus *lib. II. ad Fabr. Tr. 21. qu. 1 & qu. 3 in f.* saltem ejus quod ex Turpilliano argui potest. Interim eò casu, quò ad *mortis* pœnam cri-

men illud ascendere potest, (v. l. 10. C. ad L. Corn. d. Fals.)
transactio permiffa est.

* Quanquam super instrumento dubiæ fidei transactio fieri possit.
l. 7. C. ad L. Corn. d. fals. nec non quando super falso civiliter
agitur l. 16 l. ult. testam. quemadm. aper.

APHOR. XXVI.

Neque verò de criminibus non capitalibus aliter transigere licet, nisi ante institutam accusationem; l. 1. § 3. ad SC. Turpil. Brunnem. ad l. 18. C. b. Mynsing. II. Obs. 79. (ubi de fori usu) secus pro confesso habetur reus, atque iudex ad condemnationem procedere potest; quanquam & hinc cautelas, quibus hoc evitare liceat, Dd. suggerant. v. Mynsing. VI. Obs. 22. Idemque de delictis privatis, quando de iis criminaliter agitur, statuendum est. Vinn. c. 7. d. Trans. n. 29. Quid verò si civiliter ex delicto privato agatur? Equidem ab actione reus se liberare quodcumque potest, *Cæterum si post citationem, quamvis lite nondum contestatâ, transigat, quia sic in jure seu iudicio confiteri censetur, infamiam ex delicto subit, si famosum illud fuerit: l. 4. §. f. l. 5. l. 6. §. 2. d. bis qui not. inf. l. 18. C. eodem. nisi in transactione exprimat, quod solum vexæ redimendæ causâ id faciat, & ad avertendas litis molestias: B Cœpoll. Cautel. 187. & 243. junct. Besoldô conf. 158. n. 83. vel auctoritate Judicis fiat transactio V. omnino Mevium l. Dec. 223. Sed qui super actione famosâ, quæ ex contractu oritur, transigit, non fit infamis: quoniam principaliter super contractu & præstatione pecuniariâ transegisse videtur, quamvis de dolò admisso actum fuerit. v. l. 7. §. 1. ff. Depos. & Engel. p. 3. Coll. Canon Lib. V. Tit. 1. n. 10. De infamiâ ipsâ seorsim transigi non potest. (Non O. l. 15. pr. ad Munic. l. 8. §. pen. quod met. c. 1. 9. pr. d. Manum. vind. conf. Brandmüller. Manud. ad Jus Can. p. 563. ubi de æquiparatione famæ ac vitæ disquir.) Quid de transactione illâ, quâ lutores super eò quod ex causa ludi debetur, transigunt? Non valere transactionem censet Heig. II. qu. 10. n. 44. seqq. Döring. voc. Alea. n. 83. seqq. & Carpzov. VI. Resp. 96 n. II.

* Valet enim transactio, licet ex ejusmodi delicto agi potuerit criminaliter: Scacc. II. d. Judic. c. 9. qu. XI. n. 888. & quidem

dem si *Magistratus* in eò genere, v. c. injuriæ verbalis, aliter
quàm ad instantiam læsi procedere non potuerit, omnis pro-
cessus etiam quoad Magistr. per transactionem tollitur. *Fari-*
nac. Lib. 1. q. 4. n. 35.

APHOR. XXVII.

Generalem transactionem qui contra se habet, aut quæ *ver-*
bis prægnantibus constat, & quæ salvâ ratione recti sermonis
ad illa quæ modò agitabantur, restringi non possunt, eum pro-
bare oportet, quòd de re unâ alterâve inter eosdem contro-
versâ & quam pars adversa subintellectam esse vult, transa-
ctum non fuerit. *Modest. Pistor. 1. Conf. 2. n. 40. Surd. 2. Conf.*
267. n. 12. seqq. Natta conf. 546. n. 22. Et quamquam si *præfa-*
ctio in transactione *specialiter* concepta est, generalis Cl. trans-
actionem generalem non efficiat; Tamen si petitionem gene-
ralem esse constet, ab omni litis metu partes discedere vo-
luisse præsumitur: *juxta Dd. ad l. 29. C. d. Transact.* Etenim ge-
neralis *Transactio* non tantùm ad expressa porrigitur, sed et-
iam ad *cogitata*, modò expressis non sint majora, (*Barbos. lib.*
XVIII. Thes. c. 25. ax. 13.) adeoque etiam ad *extranea*, (*Surd.*
Decis. 176.) de quibus nominatim actum non est, si *verba id*
patiantur. *Gratian. 3. Disc. Forens. c. 566. n. 67. seqq.* Quin imò
etiam in dubio ad ea quæ quis ignoravit; saltim in genere de
his cogitari potuit. *Gylmann. Tom. IV. symph. Cam. P. I. pag. 136.*
seq. n. 52. seqq. n. 65. seqq. (ubi in eo *sententia à transactione*
distinguitur, quoniam *sententiam præcisè ad acta referri o-*
portet, quippe quòd *judicia in invitos reddantur*.) Neque etiam
probaverim simpliciter *Canisium ad c. l. X. b. t.* quando gene-
rali *Transactione* non contineri ea putat, quæ *transigenti-*
um alter Dominii jure petere poterat, sed solum *actiones per-*
sonales: nam illud idoneè satis *ex l. 20. §. f. § l. 28. §. Maxia:*
d. Liber. Leg. non evincitur. Interim *Transactio generalis fa-*
cta à pluribus ad illa objecta restringenda est, quæ omnibus,
v. c. *fratribus*, adv. partem competunt, non quæ unus alter-
ve ipsorum *specialiter* prætendit. *Surdus d. Dec. 176.* Quomo-
do autem *Transactio generalis concipienda sit*, *Cæpolla* sugge-
rit *Cautel. 283.*

APHOR.

APHOR. XXIX.

De negotio principalis inita transactio *expensas* quoque perimit, quæ officio *judicis mercenariò* veniunt, nec etiam hoc lite finita durat amplius; secus in *expensis* quæ occasione contumaciæ veniunt, quoniam hæ per *actionem* in factum peti possunt. Mynsing. IV. Obs. 48. junct. Gu. Papæ, Dec. LV. Sortis nomine si transactum fuerit, comprehenduntur etiam *fructus* atque omnia *accessoria*, nec non *pœna* tam conventionalis quam Legalis. juxta Mantic. Lib. 26. d. T. A. C. Tit. 6. n. 19. seq. Si super *jure immunitatis* quoad omnia onera simpliciter quis transegerit, de his etiam transegisse censetur, quæ ex nova causa *superveniunt*. Cacheran. Decis. XCI. Sed qui de *injuria* transigit, non æque *damni* persecutionem renuisse censetur. Mynsing. IV. Obs. X. Nam aliàs quoque *strictæ interpretationis* est transactio: unde cum rusticus quidam ex transactione Domino *equum bonum*, quoties ad hoc requisitus esset, mittere tenebatur, non posse Domin. ab illo rustico instructum equum exigere, ap. Carpzov. I. Resp. T. VI. R. 60. (Non O l. 38. §. 11. d. ad. ed.) responsum est. Interim hætenus *bonæ fidei* esse Transactiones admittit Ref. ap. Klock. Relat. 3. Cam. n. 380 quatenus hodie conventiones in universum ex intentione partium amplioris interpretationis esse judicantur. An autem transactio *sub conditione* inita valeat, licet actu quid ad eum qui litem remisit, nil perveniat? Posse utique ex l. 9. C. h. constat. vid. Manticam d. L. Tit. 1 n. 25. seqq.

APHOR. XXIX.

Quanquam verò omnia *acta* per transactionem *percant*, nec eorum ulla valeat executio. Moñedan Decis. 3. Tamen illud solùm *quæ transigentes* verum est. Hinc si inhibitus *poenali inhibitioni non paruerit*, postmodum verò cum actore transigat, nihilominus adhuc reus condemnari potest, ac si nulla intercessisset transactio. Carpzov. I. Re p. Tit. 3. resp. 32. Neque etiam Transactio *civis* litem quæ *Civitatis* interest, tollere potest. Mevius VII. Dec. 352. Quid verò si transegerint *scriptus hæres & legitimus*, quem illorum convenient *Creditores*, quem *item Legatarii*? Illi utrumque pro partibus hæreditariis, quas possi-

dent, hi verò scriptum tantum hæredem sequentur. l. 3. pr.
l. 14. ff. b. 4.

APHOR. XXX.

Novationem quòd inducat Transactio, licet hoc non exprimat, communiter docent, quasi nil officiat l. ult. C. d. Novat. cum per transactionem illud actum sit, ut à dubio jure recederetur, adeoque sufficiat non fuisse ex contrario actum, ne renovatio fieret. Sed alii nonnulli tunc solum novationem inductam esse volunt, quando incompatibilis est Transactio cum primo titulo: (ut si quoad partem solum ita se habeat, etiam duntaxat tantum pro parte novetur:) quam quidem limitationem in aliis quoque negotiis præter transactionem dist. Legi ult. inferunt. Gratian. Disc. for. c. 290. n. 21. seqq. Verius esse censeam, per transactionem haud unquam extinctivam novationem induci, de quâ d. Lex. fin. disponit, sed tantum cumulativam: (qualis etiam judicatio seu litis contest. inducitur. l. 13. ff. d. pignor. *) sive res de qua est controversia penes possidentes dimittitur, nam ita etiam ex priori titulo rem habere censetur; l. 33. in f. C. d. Transf. Mantic. Lib. XXVI. Tit. 7. d. T. & A. C. n. 22. seq. Molina Lib. IV. d. Hispan. primog. c. 9. n. 22. seq. sive datio quòd. recipiatur, quâ ratione non minus jus & actio prioris causæ probatur. Gylmann. T. I. P. 2. Tit. 6. Sympb. Cam. p. 94. n. 14. Utrobique autem licet ex causa priori debitum non fuisset, ex causa tamen Transactionis debetur. l. 65. pr. d. condict. indeb. junct. Franzk. P. 3. res. 1. sect. 6. n. 340. Cum verò transactioni standum sit, neque pristina causa adversus eum quocum transactum est, resuscitari debeat, perinde atque actio pristina per exceptionem judicati repellitur: hinc crudè alii rem exprimunt, quasi prior causa penitus sublata fuerit. v. Gozadin. Conf. 38. Cravet. conf. 3. c. 1. Nec opus habebat Anton. Faber Lib. 2. Cod. Sab. IV. def. 2. ut cum de monetâ pecuniæ per Transactionem promissæ dubitaretur, ad novationem confugeret: (quam quidem ipse non agnoscit Dec. 100. Err. pragm. 9.) cum utique rationi conveniat, ut is monetæ valor præstetur, qui tempore conventionis, ut hîc transactionis, obtinuit: licet fortè tempore contractus, super quò

D

trans-

transigebatur, item testamenti aut mortis testatoris, ab eo qui nunc est, valor diversus obtinuisset. Unde quando citra Transactionem Legati nomine quid promittatur, quoniam valorem nummorum qui Legati tempore fuerit respexisse partes creduntur, omnino tempus mortis aut testamenti attendetur. A. Fab. d. l. Videt. ex eâ causa Legati stipulatio subsequens censi potest; Sed non potest aliunde quam virtute suâ censi Transactio: quippe super dubio iure inita.

* Proinde actionem pristinam hypothecariam etiam post transact. durare, planè atque durat hypothecaria post sententiam, scribit Jac. Cancerus 3. Resol. c. 17. n. 289. seqq. Quòd autem pro actione veteri bona transigentis, quando transactionem non servat, tacito pignori obligentur, illud quidem Neguzantius Membr. 4. part. 2. d. pignor. n. 164. vers. 21. seq. & Berlich. 1. Concl. 67. n. 90. ex l. ult. ff. in quib. cc. pig. 148. contr. frustra arguunt.

APHOR. XXXI.

Quòd si res aliena transactionis causâ data fuerit, transactio titulum usucapiendi præbet; Franzk. c. 21. d. Laudem. n. 18. pendente verò usucapione si evincatur, ob hoc non protinus rescinditur transactio & ad primævam actionem reditur, sed de evictione experiendum est. Jos. Ludovic. Dec. 101. Num verò generalis super divis. hæreditatis transactio evictionis c. actionem tollat? v. ap. Modest. Pistor. 1. Conf. 35. q. 4. De Retractu circa rem controversam alicui per transactionem relictam non minus quaritur: Si v. c. inter venditorem & emptorem de lite transigatur, & rem retineat. Emptor datâ insuper pecuniâ, aut nondum traditâ re fiat traditio ex causâ transactionis: an ita locus sit quoad rem istam retractui gentilitio? Et affirmat quidem Tiraquell. d. Retr. gent. gl. 14. n. 64. Sed invehitur in illum Argentraus ad Consuet. Britann. art. 266. c. 3. n. 6. & Rosenthal c. 9. membr. 2. concl. 90. m. & o. diversum sentit. Nam Transactio hæctenus non est titulus, & qui rem accipit, ex titulo primævo seu præexistente accipere videtur, sicque aliò, quam emptione controversâ: nec is, qui eo casu transigit, hoc facit, ut dominium à transigente acquirat, sed ut molestias adversarii redi-

dimat: quamobrem litis & juris incerti retractus dari nequit: prout etiam non tam ad emptionem retracturus, quam ad transactionem provocat. At verò sibi is imputet, quòd currente lite super emptione illà Retractus tempora labi passus fuerit. Sic & *Laudemium* ex transactionis causà præstandum non est, sive decidendi causà transigatur, & ut rem controversam possessor retineat, sive deminuendi causa, ut rem possessor dimittat, (quò casu manûs mutatae Zieglerus ad *Calvol. §. Nobiles. Concl. 1. n. 228. seq.* contrarium sensit.) Neque enim constat, quòd is qui rem dimittit, Dominus utilis fuerit. Franzk. c. 21. d. *Laudem. n. 17. seqq.* Non minùs etiam rem per transactionem à conjugè acquisitam inter *acquæstus conjugales* refert Sandius *Lib. II. Tit. 5. dec. 3.* Aliter quàm si Jus Adversarii liquidum, & redemptio rei magis quam litis fuisset: ut itidem ferè *Argentæus*. Sed longè rectius sentire videtur Valeron. d. *Transact. Tit. V. q. 6. n. 28.* quòd rei illius inter conjuges neutrubi faciendâ sit communicatio: interim pecuniam transactionis causà datam in divisionem acquæstuum deducendam esse alteri d. l. Sandius rectè docet.

APHOR. XXXII.

Quamvis autem Transactio, cum primis coram iudice facta, executionem paratam habeat. Juxt. Ummium *Diff. 23. tb. 12. Proc. Jud.* Atque Transactionis exceptio, licèt altiorem requirat indaginem, ad executionem remorandam faciat. trad. Natta *cons. 651. n. 8.* Tamen res jud. & transactio vel in eo differunt: quòd si post transactionem quis condemnatus fuisset, dum sc. sublata non esset ipsò jure pristina actio, sententia valeat; l. 23. §. 3. ff. d. *Condit. indeb. Mean. Obs. 197. n. 5.* Licèt oppositâ & rejectâ h. m. per judicatum transactionis exceptione, quæ hoc ipsò evanescit. Res verò judicata per contrariam rem judicatam tolli non possit. Cæterum quâ ratione: transactionis nomine, sublata actione pristina, actio de dolo nihilominùs supersit, & quænam pro diversitate casuum remedia locum habeant, exponit Busius *lib. 3. subtilit. c. 5.* Utique si stipulatio pœnalis transactioni subjecta fuerit, reus

vel exceptione uti, vel pœnam petere & simul data à se con-
dicere, (l. 37. l. 40. C. b.) sicque alterutrâ viâ contentus esse
debet. d. l. 40. nisi etiam transactio jurata (l. 41. C. eod.) vel ratâ
manente *Transfatione* pœna adjecta fuerit. l. pen. ff. § l. 37. C. b.
nam ita simul exceptione *Transfationis* se defendere & pœnam
exigere licet. v. Wiefenb. D. X. ad XI. th. 29. Sed pœnam an
solvere velit actor & ad priorem actionem redire, in ejus ar-
bitrio non est, quin potius electionem habet adversarius: l. 10. §. 1.
ff. de pact. Lancellott. d. *Attent. Comprom. pend.* n. 187. seq. ita ut si
hic transactionem impleverit, non nisi volente eò à transactio-
ne recedere & quod dedit repetere possit alter, sed ad
implementum agere debeat. Jac. Puteus 1. Dec. 340. junct.
Dec. 353.

APHOR. XXXIII.

Velut autem Parti alteri ob non servatam ab alterâ *trans-*
actionem ab eâ recedere non licet. l. *quamvis.* 39. C. b. arg. l. 5.
pr. ff. d. *Cond. Caus. dat.* Befold. 2. *conf.* 83. sed potius ad imple-
mentum agere debet; n. 101. seqq. Richter. 2. *conf.* 428. sive
transactio ad liberandum sive ad obligandum tendat: l. *si super*
possessione. 9. C. b. quanquam qui ipse transactionem non im-
plet, exceptione ejus uti non possit. Marp. 4. *conf.* 4. Ita
præstationis ex transactione retentio aut cautionis postu-
latio ex jure alterius, quod vel non apparet vel transigens sci-
vit, non admittitur. Mevius VIII. Dec. 210. Atque si pro indi-
viso cum pluribus hæredibus transactum fuerit, omnibus ea
quæ conventa sunt, præstari debent, etsi unus eorum fece-
rit, cur discedi à transactione posset: Idem Mev. d. *Part.* 8.
Dec. 344. Prout vicissim si cum civitate transactum esset,
etiam ex unius contraventione Civitas tenetur. v. Meichsn.
T. IV. Dec. 22. n. 14. Quòd si verò *utriusque voluntate* transa-
ctio rescinditur, (quod, cum eò publ. utilitas nil patiat, fie-
ri potest. l. 14. C. d. *Transf.*) ita omnia accepta utrinque resti-
tuenda sunt. Mev. 1. Dec. 126. & quidem si deinde, quod pro
renuntiatione convenit, non præstetur, nihilominus ad trans-
actionem remissam denuò regredi licet. Dec. 127. Quòd si
verò quis transactionem rescindi petit, invito alterò, non au-
di-

ditur, nisi quæ accepit (etiam *fructus* à tempore transactionis, per Giurb. Dec. 105.) restituat: Salycet. ad l. *si diversa*. C. b. & *Afflict.* Dec. 220. n. 4. Quod tamen Seraphin. Dec. 922. limitat; si ostendere justam causam retinendi liquidò possit. Sed alii *distingu.* ut si transactionem ex cap. læsionis rescindi velit, restituere accepta debeat: l. 16. ff. d. *transf. d. l. si diversa*. 14. C. eod. non debeat si ex capite nullitatis: ut Mastrill. Dec. 14. Sed an ad omne id, quod quacunque ratione interest, teneatur is, qui transactionem servare non vult? v. Schurff. 3. *conf.* 32.

APHOR. XXXIV.

Ob enormem læsionem rescindi posse transactionem multi volunt: quorum aliqui læsionem *ultrà dimidium* requirunt: ut Fachin. 2. *Contr.* 26. & 1. *Conf.* 76. Cævall. *qu.* 77. C. *Op. Mantica.* lib. XX. d. T. & A. C. Tit. 8. *per tot.* atque omnes illi, qui ad hoc *remedium* l. 2. C. d. *Resc. vend.* competere asserunt: ceu sententiam illam magis communem esse Scaccia tradit Lib. II. d. *Judic.* c. 2. n. 474. Cæteri non simpliciter eam, quæ dimidium excedit, attendendam putant, sed *arbitrio judicis* modum læsionis committunt: ut Castillo Lib. VII. *controv.* c. 18. num. 95. Giurb. Dec. 110. n. 3. Fontanell. d. *Pact. Nupt.* Tom. 1. cl. 4. gl. 18. part. 1. n. 69. & alii. Plerique verò *magnum*, non etiam modicum, *excessum suprâ dimidium* rescissioni causam præbere posse autumant, ut Myns. 1. O. 33. & VI. *Obs.* 91. Puteus 1. Dec. 230. & Cothmannus 1. *Resp.* 30. n. 265. quasi hæc ratione non tam ex læsione, quàm ex capite *doli ex proposito*, saltem præsumpti, transactio rescindatur: quod meritò cum Pinello ad l. 2. C. d. *Resc. V. p.* 2. c. 4. num. 23. *seq.* reprobat Franzkius III. *resol.* 3. n. 69. & omnes *Dd. Saxon.* quando simpliciter læsionem *ultrâ dimidium*, (tam intrâ quam extrâ Electoratum pronunciandò) attendunt. v. Carpz. 2. 34. 1. & Berlich. 2. *Concl.* 42. Sed tamen *limitant* hanc suam sententiam Saxones, v. Richt. Dec. 99. n. 54. *seqq.* ut ne quidem ob læsionem transactio rescindatur, si *geminata ex intervallo*: (Franzk. n. 76.) si *judicialis* * aut *judiciò vel à Principe confirmata* cum causæ cognitione fuerit; non etiam si confirmata fuerit simpli-

citer. Idem n. 82. usque ad 100. Alii verò rescissionem admittunt, ne quidem juramentò obstante: *Cancer. 1. resol. c. 13 n. 22. seq. Valeron. Tr. d. Transf. Tit. 6. q. 2. n. 50.* non etiam quâcunq; *renunciatione. Parlador. II. quotid. c. 4. num. 49. v. Speidel. voce Bertrag.* Quanquam si expressè læsioni enormissimæ renunciatum sit, diversum sentiat *Afflict. Dec. 220. Köppen. Dec. 58. n. 11.* & si super læsione ipsa transactum sit *Modestin. Pistor. 1. Conf. 35. n. 20.* Etiam si verò de Jure Civili remedium ullum ex cap. læsionis contra transactionem non competere, quam pluri acriter defendant, ** ut *Merenda VI. Contr. 21. Anton. Fab. Dec. VIII. err. pragm. 10. & pro eo Schifordegh. Lib. II. Tratt. 25. cum citat. atq; si eventus litis & valor actionis respiciatur, (quem respexisse omninò Jus nostrū commune censendum est ***)* ad remedium *Legis 2. C. de Rescind. vend.* frustra recurri doceant. Tamen postquam *Constituti Saxonica P. 2. c. 34.* ad læsionem ipsam postea emergentem & valorem rei seu causæ, cum quantitate accepta comparatum, quod quidem aliquando licet difficulter (*Heig. 2. Q. 9. n. 27.*) liquidum fieri potest, respiciendum voluit, *ad Legem 2.* confugere posse nil vetat. **** Nec verò *Berlichius 2. Concl. 42.* ad actionem doli, (cùm de dolo hic non quærat, in *l. 5. C. d. dol. malo.* quasi remedium *Legis 2.* obtinere non possit, tanquam *subsidiarium*, respicere debuit: Cùm nemo rectè de dolo actione conveniatur, nisi doli reus: Et textus *Legis 5.* communem de dolo actionem (& solum contra Patrem, in factum,) porrigat: quam ubique in transactione dolosâ, modò res non modica sit, competituram esse, extra dubium fuerat. Sanè in illis locis ubi rationem illam *Juris Civilis*, quâ ad dubium litis eventum respicitur, attendunt, per *Denunciationem Evangelicam* læso unice succurri posse volunt. v. *Costam remed. subsidiar. 14.* quasi conscientiam non tranquillet *Transactio:* (*ap. Klock. 3. Conf. 182. n. 680.*) Sed tranquillat utique toties etiam in Foro Saxonico, quoties cum litis tunc susceptæ incertitudine, simul etiam rei in litem deductæ, & b. f. per transactionem compositæ, jura postm. detecta non fuerint.

* Nam eam rescindi non posse, tradit *Carpz. 2. Const. 34. def. 4.*
(Sed v. *D. Richter. Dec. 68. n. 29.* & *Moller. IV. Semest. 1. item Ber-*

Berlich. 2. Dec. 263. Illa tamen quæ coram Commissariis iudicium ad amicabilem compositionem facta est Transactio, facilius haud dubie retractatur; nisi etiam ipsis jurisdictio & decidendi facultas commissæ fuerit.

** Quam etiam sententiam in Cam. Imp. pluries obtinuisse, Gailius 2. Obs. 70. post Seiler. & Gylmannum notat, (nam Mynsingeri præjudicia de dolo præsumpto, ex enormissimâ & longè ultra dimidium ascendente læsione collecto, loquuntur.) Eamque cæbrius receptam Mevius IV. Dec. 30, & Tabor Relat. Arg. 44. n. 11. testantur. Videl. fortuito casui sententiam æquiparant, Cravett. cons. 233. n. 2. ut satis utilis transactio fuerit, quod à lite transigentem exemerit, licet aliàs de utilitate quædam non appareat. Mohedan. Dec. 249. Sed tamen ubi malè & inconcinne transactum esse videmus, cum læsionem enormem esse constare potuisset tempore transactionis, (ut tamen cognitum non fuerit transigenti,) ita ob læsionem immodicam, & plus tamen ex capite erroris, per l. 29. C. h. rescissionem non minùs admittit Mevius d. l. Adeoque non etiam, quando ex repertis demum postea instrumentis læsio pateat.

*** l. 65. §. 1. d. cond. indeb. junct. l. 56. ff. d. rejud. Non Obst. l. 78. §. f. ad SC. Trebell. quæ quidem non aliter accipienda est, quàm quòd fideicommissarius post cognitâ vires hæreditatis super ipsâ lite, quam ea de causâ intentare poterat, transigisset.

*** Nec enim absolutè transactio stricti juris est, sed hætenus bonam fidem continet, ne nimium quis in eo lædi possit, dum illud quod in litem deducitur quasi pretio redimit. l. 7. §. 1. ff. d. publ. in rem act. Ex Textib. autem l. 5. C. d. dol. mal. l. 36. d. V. O. l. 1. §. 7. si quid. in fr. patr. l. 1. 2. C. si ad. Trans. l. 65. §. 2. d. condict. indeb. in fine. hæc sententia haudquaquam juvatur.

APHOR. XXXV.

Rescripto tamen Principis retractari transactio non potest Fachin. VIII. c. 63. nec ob reperta noviter instrumenta rescindi. l. 19. C. h. nisi in causâ pupillari, Reip. item, nec non jure jurandò, ob inopiam probationis à iudice delatò, & in causis ultimarum voluntatum. t. t. C. si adv. trans. l. 4. C. d. jur. reip. l. 35. ff. de re jud. l. 3. §. 1. ff. d. trans. j. l. 6. eod. & l. 1. quem. test. ap. v. Carpzov. Lib V. resp. Tit. 1. resp. 7. Ex falsis etiam instrumentis inita transactio subsistit quidem ipsò jure, sed tamen per restitutionem in integrum retractatur. l. 42. C. b. junct. l. 33. ff. d. rejud. & l. 11. d. except. Gilken. ad d. l. 42. & Menoch. I. A. Q. cas.

cas. 15. * *Juratam* ** transactionem, (& imò positis terminis habilibus, alium quemcunque contractum juratum, ut rectè cum Mantica IV. d. Tac. & amb. conv. Tit. 32. n. 86. Klockius 2. conf. 58. n. 12. junct. Richtero ad Auth. Sacram. puber. C. si adv. vend. n. 11. Diff. licèt Magonio Decis. 96. & Fachin. I. Contr. II.) qui dolò manifestò infringit (Klock. d. l. n. 18.) pœnam Legis 41. C. h. non ipsò quidem jure, sed per sententiam (v. Menoch. conf. 355. & Hunn. ad Tr. I. 8. 43.) subit: eaque Constitutio, quam v. duravideatur, tamen in praxi obtinet; secùs ac Cævallos 99. 117. & Anton. Faber Dec. 9. Err. Pr. 10. aliique docent: v. Mæstert. int. Diff.

* Ubi contrà Fulgos. & Zas. disputat, suamque sententiam communem esse tradit: cum nec dolus annullat transactionem ipsò jure, si per stipulationem inita fuerit. l. pen. C. d. inutil. stipul. non Obst. l. 2. & tit. C. si ex fals. instrum. Nam Provocatio restitutioni in integrum etiam opponitur: adeòque à sententia ex falsis probationibus lata ad transactionem argumentari licet. Bachov. Vol. 1. Tr. 7. th. 6. c. Sunt tamen exceptiones in Minore & Ecclesia. & l. 1. C. si tur. & l. Cur. fals. alleg. An autem super ipsis falsis instrumentis, si illa producta fuerint, (sed de falso exceptum non sit,) transactum esse cesseatur? & ap. Gylmann. Tom. IV. symph. P. I. & or. 17.

** Nec enim aliter locum habet dispositio L. 41. C. h. nisi in juramento corporali, indeque Fides Principalis aliave similis Politica non sufficit, Covarruv. P. 1. d. Pactis. p. 2. n. 3. frustra diff. Gail. 2. O. 69. n. 6. Myns. 1. O. 17. & Meichsnero IV. Dec. 22. n. 39. De fide Christiana idem, quod de juramento, sentit Treutlerus 1. D. 8. th. 5. R.

APHOR. XXXVI.

Nec minùs ob errorem retractatur transactio l. 9. § 2. b. l. 29. C. eod. Tabor Rel. 22. n. 6. Sic enim cum transigeretur super bonis, tanquam hæreditariis paternis, quæ tamen ad transigentem ex testamento per fideic. spectabant: rescindi posse transactionem etiam juratam, idque sine absoluteione, placuit. ap. Surd. 1. conf. 37. n. 9. seqq. Nonnunquam tamen in calculò commissò errore transactio valet. Felicius c. 38. d. societ. n. 78. Sed dolò inita transactio, cum hætenus si per stipulationem perficitur, stricti juris esse censeatur, ipsò jure nulla non est, sed actione doli rescindi debet, aut exceptione is qui inde convenitur,
ju-

juvandus est. D. Richter. Dec. 87. n. 14. * non O. l. 65. §. 1. d. condit. indeb. ubi evidens calumnia deprehenditur: v. Pac. Cent. IV. q. 17. Indicia tamen doli, quamvis urgentia, non sufficiunt, utut reus ea juramento vel aliter diluere opus habeat. Mevius IV. Dec. 31. Denique *potentia reverentia* inita Transactio quando per in int. restitutionem rescindi possit, idem Mevius VIII. Dec. 495. ostendit.

* Aliter Barbof. locupl. Lib. XVIII e. 25 ax. ult. ubi quidem transactio- nem cui alter transigentium causam dedit, jure nullam sed cui *tertius*, actione de dolo adv. hunc competenti rescindendam, & interea inter transigentes firmum esse negotium, traditur.



Ἐπιβλήματα.

- I. Modi transferendi legatum, quos Paulus in l. 6. ff. de adimend. & transf. leg. (quo refero etiam l. 89. de condit. & demonstrat) citat, videntur *ὁμονύμως* significationem translationis participare.
- II. Rei legatae ademptio potest suo modo, nec adeo improprie, dici translatio; Quanquam nihilominus legati ademptio non sit ejus translatio.
- III. Moriens vivit.
- IV. Interest plurimum, an ita aliquid relinquatur: Titio heredi meo impero, ut Sempronio centum det: an sic: Impero tibi heres, ut Sempronio centum des.
- V. Codicillis ab intestato nec res singulares directo relinqui possunt.
- VI. Utraque lectio & Treutleriana & Florentini Codicis in l. 80. ff. de Condit. & Demonstr. recipi potest.
- VII. Videtur non inconcinne dici: Relinqui aliquid posse ultima voluntate vel pure, vel sub conditione, eaque vel suspendente obligationem ipsam, vel obligationis effectum (e. g. relictum in diem certum): Hac ipsa enim distinctione tolleretur vulgatum *ἑσχημασίας* vitium, in forma institutionum & legatorum tradi solitum.
- VIII. Servitus stillicidium vel flumen non recipiendi non adeo limitate dicitur ab Autoribus negativa, cum aequè positivum jus

E

po-

- ponat in eo qui vicinum (cui naturaliter etiam hoc quandoque licet, secundum l. 1. §. fin. ff. de aq. & aq. pluv. arcend.) Prohibere potest ductu fluminis per suum fundum, ac in illo qui stillicidium &c. in alienum prædium avertendi servitute gaudet.
- IX.** Ne æquivocè Genus de suis inferioribus dicatur rectius, supposita servitute pro jure, i. e. facultate morali activa, efferemus ejus species hoc modo: Servitus oneris imponendi: Tigni immittendi: Stillicidii vel fluminis in vicini fundum avertendi, vel flumen seu stillicidium vicini naturaliter in meum prædium devolvendum non recipiendi: Altius tollendi, vel prohibendi alterum ne altius tollat: Luminum, & prohibendi vicinum ne luminibus officiat.
- X.** Diversissima sunt Servitutes rusticam pignoris jure constituere, & constitutam oppignorare, quæ diversitas parum feliciter perpensa vano multorum contradicendi studio videtur ansam dedisse.
- XI.** Res surrepta, vitio purgato, non statim desinit esse furtiva.
- XII.** Non correcto *ῥησὶν* vix *σκληρολογία* liberabis legem 2. §. 15. ff. pro emtor.
- XIII.** Supponendus potius casus capti cum filio patris in l. 9. C. de post. revers. quàm *ἀμάχημα μνημονικὸν* asserendum.
- XIV.** Propinquitatis & proximitatis non confundendam esse appellationem *ἀκριβοῦς* jus Romanum scrutantibus patescit, quamvis nonnunquam indifferenter voces etiam hæ adhibitæ deprehendantur.
- XV.** Agnatum Patri filium non auderem dicere, cum ea quæ ad alia, i. e. juxta alia, nata sunt agnata, quæ verò ex aliquo, nata, enata dicantur. jung. l. 7. ff. si tab. test. null. extab. ut vulgariter locutus putandus sit Jctus in l. 12. ff. de suis & legit.
- XVI.** Rectè à Theophilo in §. 4. Inst. de Success. Cognat. vulgatæ lectioni & *Matri*, substituitur: *ἀπὸ μητρός*
- XVII.** Videtur Calculus graduum Pontificius præter inconvenientias à Sutholtio II. 33. notatas & hoc laborare vitio, quod in Collaterali linea intermediam personam, à quâ omnis cognitionis origo trahitur, negligat, non observato monito Pauli in l. 10. §. 9. in fin. ff. de grad. & affin. adeo ut non inconcinne ob

ob accuratam graduum computationem verè gradibus venire,
& ordinatim inire, ob ἀγεωμετρικὴν verò dinumirationem fal-
tus præcipitare, passimque claudicare Canonicum jus, ad imi-
tationem sermonis Tulliani, dicatur. Semel quamvis illud ob
ostentatam, nescio an hypocriticè, religiositatem receptum non
facilè videatur eliminandum, cum nihilominus in quibusdam
casibus γὰρ καὶ εὐπρεπείᾳ sat prudenter consulat.

XVIII. Redè Cujacius & Hotomannus Παρεαδελφῆς καὶ μηρα-
δελφῆς appellationem taxarunt, cum talismodi composita im-
mediata sub una terminatione utrumque Masculinum & Fœmi-
ninum genus Græcis significare consueverint.

XIX. Theophilus in versione §phi 1. Inst. Περί διαδόκης Ἀπελευ-
θέρων, sibi ipsi non videtur constare, scribens: Εἰ δὲ ἀδιάθετος
ἐτελεύτησεν ὁ ἀπελεύθερος, θεῖον παῖδα καταλυπῶν, ὁ Πρεσί-
τωρ ἐδίδοσ τῷ πατέρωνι τὴν Contra tabulas διακαλοχὴν. Πῶς γὰρ
contra tabulas? sine tabulis liberto decedente. Cautiorem sane de-
buisse ἐρμενεῖν & agere, vellicante aurem l. 2. C. de B. P. secund.
tab. quæ B. P. secundum testamentum nuncupativum secundum
tabulas appellare veretur, solo nomine secundum nuncupationem
contenta.

XX. In §. 2. Inst. de Succ. libert. testatus pro Intestatus legendum
esse arguit & ratio legis Papiæ, quæ augere, non minuere jura
Patroni studebat, & versio Theophili, Ἰπὶ διαθήκη reponentis:
Quando verò Giphanius ad Edictum Prætoris assertum tra-
hens, lectionem vulgatam salvare satagit, duram non solum vo-
ci filio & filia limitationem affingit, sed etiam casum existentis ad-
optivi sat coactè & divinatoriè supponit.

XXI. Particula quamvis adversativam & exceptivam nonnunquam
induit significationem, concessivâ suâ vi relicta, quod probe
puto observandum in leg. 42. ff. de pecul. ne obstet l. 19. ff.
de mort. causa donat.

XXII. Arrogator non succedit arrogato in Castrensibus Jure pe-
culii, non solum novissimo Novellarum, sed etiam antiquo Co-
dicis jure, quo legi 2^{dæ} ff. de Castrens. pec. derogatum autumo
præeuntibus magni nominis Jctis.

XXIII. Fratres ab uno tantum latere juncti non existentibus u-
trin-

- trinque junctis succedunt fratri, nulla nec bonorum, nec consanguineorum nec uterinorum differentia attendenda.
- XXIV. Vestiri contractus nominatos ex sua natura absonum est dicere, solis forte adhuc realibus exceptis.
- XXV. Non videtur aliter posse salvari sententia asserentium: Conditionem quæ ex mutuo oritur, & quam certi vocant, esse generalem, quam supposita voce generis pro eo quod in certa specie suam existentiam habet. Ad ressecandas tamen inutiles turbas, quas hæc appellatio dubia dedit, placet eam speciali hæcenus nomine destitutam ex l. 5. C. quib. non obj. long. temp. præscript. & ratione non inconcinna, quam in conflictu forte videbimus, *actionem ex mutuo, vel mutui*, appellitare.
- XXVI. Obligatio præcipue debet considerari ad methodum Institutionum ratione Creditoris, qui eam sibi contrahendo acquisivit, non obstante definitione in princip. Inst. de oblig.
- XXVII. Commodatum quidem nulla lege à communi Compensationis regula excipitur, interim tamen compensationem (nisi *καὶ συμβεβηκός*) non admittit.
- XXVIII. Exacta diligentia quandoque culpæ levi, quandoque culpæ levissimæ opponitur.
- XXIX. Multoties sub casu fortuito comprehensam concipere culpam levissimam materiæ substratæ ratio suadet.
- XXX. Stipulationes: Si in Capitolium non ascendero & cum moriar dare spondes? pro iisdem non videntur habendæ, non contradicente §. 4. Inst. de v. obl.
- XXXI. Diversissima sunt in stipulationem deducere & stipulari.
- XXXII. Plus in accessione non potest esse, quam in Principali; Imo plus interdum potest esse in accessorio quam in Principali.
- XXXIII. Æquitas ipsa naturalis suadet Venditorem præcise ad traditionem rei teneri, nec præstatione ejus quod interest liberari.
- XXXIV. Dissident, diversorum in jure effectuum formulæ: quoad volo, & donec revocavero: item, si hoc feceris, & si hoc facias.
- XXXV. L. 63. §. 8. ff. pr. Soc. non probat in Societate Vectigalium receptum intelligi pactum de successione heredis.

XXXVI.

XXXVI Revocatio mandati est anomala. vid. c. ult. d. pro cur. in 6.
XXXVII. Per acceptilationem non nisi verborum obligationes
tolluntur.

XXXVIII. Appromissor cum Expromissore confundendus non est.

XXXIX. Propter. l. 65. pr. ff. pro Soc. rectius puto interpre-
tari particulam *magis* in l. 1. ff. Comm. divid. comparative,
quam oppositive.

XXXX. Rei suæ furtum committi nequit.

XXXXI. Ex bonis esse latius patet quam in bonis.

XXXXII. Male Cujacius mutat interpunctionem §. 23. & 24. l. 2.
ff. Vi bon. rapt.

XXXXIII. Utilis tutelæ actio contra Curatorem perspicuo aliquo
juris textu non fundatur.

XXXXIV. In l. 9. C. de Impub. & al. Subst. cautelam potius non
infirmandæ mente captorum legitimorumque liberorum substi-
tutionis, quam exclusionem naturalium à subjecto quasi-pu-
pillaris substitutionis passivo proponi assero.





Indem Herr Zilemann von den Vertra-
gen kriegt /

Und in sothaner Schrifft erörtert kluge Fragen/
Wird der gelehrten Welt zum Denckmahl
beigefügt

Daß mit der Themis Er sich habe wohl ver-
tragen /

Der Streit in welchen Er sich izund rühm-
lich übt /

Und öffentlich beschützt der Rechtsgelehrten Sätze
Macht Ihm nur mehr und mehr auff den
Parnasß beliebt /

Er fahre hurtig fort und samle solche Schätze!
Die Er dem Vaterland mit Nutzen zeigen kan/
Die Themis wird mit Ihm sich wissen zu
vergleichen /

Sie fängt die Krohne schon mit Lust zu win-
den an /

Die sie zu rechter Zeit Ihm wird zu Lohne reichen.

Dieses schrieb zu wohlmeinenden Glückwünsch

Christoph Ehrenreich / L. B.
à Thanradel.

Ad

Ad
Eximium Dn. TILEMANNUM,

Respondentem.

Te quem indefessum fastidia nulla repellunt
à studiis, laudum plena senectâ manet.

Ita ominatur

IO. SCHILTER.

TILMANNUS dubias modo qui deciderat Artis
Juridicæ strophas, victor inultus abit.
Non opus hîc pactô, non heïc transacta videmus
Quæ solida obtinuit. Sic bene transigitur!

Nobil. DN. TILEMANNO, Supr. Hon. Candid.

Auditori suo, Imque

PRÆSES.

Es trift nicht alles ein / wie unser Schluß es
meinet:

Ein blödes Auge fehlt / ein menschlich Urtheil irrt.
Oft ist ein schlechtes Glas / was uns in De-
manth scheineth;

Allein kein Gold verbrennt / wenn es probi-
ret wird.

Nur bey der Finsternis kan eine Fackel leuchten /
Ein heller Sonnen-Strahl lescht ihrer Flam-
men Licht.

Oft lassen einen Zug wir uns gerade deuchten /
Der nach der Messschnur doch sich in die
Krümme slicht.

Licht

Nicht iedes Bild / das Dich und jenen hat er-
gözet /

Ist auch so schön / wann es des Künstlers Au-
ge sieht :

Drum thut Apelles wohl / der sein Gemähd'
aussetzet /

Und auch den schlechten Schuch zu bessern ist
bemüht.

Er auch / Geehrter Freund / wil seiner Krafft
nicht trauen /

Biß / was sein Fleiß vermag / Er öffentlich
erkennt.

Wohl! Denn auf diesen Grund wil Er sich Pfei-
ler bauen /

Die Ihm die Ewigkeit zum Denckmahl hat
ernennt.

Dieses setzet zu Ehren eines höchst. werthge-
schätzten Freundes und verbleibet nechst
Anwünschung tausenderley Vergnügens

Dessen Ergebenster

Augustus Drachstedt.

* * *


ULB Halle
003 336 565

3



VD77





ΦΕΛΟΥΝΤΟΣ ²⁷

~~30~~ ~~38~~ ~~44~~

N S.

IBUS, ²⁰

1010 4679,18

ellentissimi,

AI CHRI.

YNCKERI,

tonici Gravissimi,

alanae longè Celeber-

is, Curia Provincialis ac

plendidissimi,

oris sui jugi obser-

erendi,

oias clb Ibc LXXIX.

Ctorum

H TILEMANN,

ius.

OFERIANIS.